



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXIII.**


5. Septembris. Nonis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

S. BERNARDUS, serm. 3. de Adv.

Habes sub te, cui custodiam & disciplinam oportet exhibere, corpus tuum, quod sine dubio regendum accepit spiritus tuus. Debes ei custodiam, ut non regnet in eo peccatum: debes & disciplinam, ut dignos faciat poenitentia fructus.

Custodia corporis.



5. Septembris. Nonis.

B. WALTERE Abbas Dunensis, & paupertatis & pauperum singularis amator: hos sanè supra te tibi charos fuisse testatus es, quando seminudum mendicum propria veste, cum aliud in promptu nihil esset, contexisti: in tales omnem mundi substantiam, si liquisset, effusus. Quem miserationis affectum cum pro voto, vetante inopia, explere non posses; atque aliam sollicitudinem pietatis desiderium te sollicitaret ad secessus delicias, curam pastorem dimisisti, sed statim per mortem successoris repetendam. Rediit simul cum regimine de filiis & egenis, sed accessione fortunarum jam paulò felicior charitas; donec te cœlum illis, maximo utrorumque luctu, eripuit. *Gratissima*

Obijt anno 1118 p.

Pauperes fovet

K k

tissima

Miseri-  
cordia  
erga se.  
ipsum. *tissima Deo virtus est misericordia: quæ,  
qua ratione mihi sit exercenda, Propheta  
monet: Miserere, inquit, animæ tuæ.  
Et illa scilicet nuda est meritis, & ne nu-  
ptiali veste careat, Virtutibus vestienda.*

Obijt  
anno  
1168.

B. GODEFRIDE, Abbas Schon-  
augiæ: qui ob eruditionis aliarumque  
virtutum famam ex alio monasterio  
ad gubernacula Schonaugiæ vocatus,  
magnanimo ardebas conservandæ S.  
Religionis zelo. Id horribili, præter a-  
lia mitiora, exemplo didicere aliquot  
Conversi: qui cum vestium quoddam

Obsti-  
natis  
vindi-  
ctam  
divinã  
predi-  
cit.

genus contra Ordinis morem præde-  
cessorum indulgentiã ipsis concessum,  
velut jure sibi debitum à te importu-  
nè exigent; spretisque paternis ad-  
monitionibus, pertinaces jussionibus  
tuis refragarentur; eò tandem perversi-  
tatis devenere, ut sacratissima Nas-  
centis Christi nocte monachorum cel-  
las effringere, & indebita illa sibi vesti-  
menta, ne & aliis usui forent, in mille  
frusta discerpere decreverint. Nec te  
latebat furiosum consilium. Pridie er-  
gò convocatis vaticinio incensus ardo-  
re prædixisti: præ foribus esse divinam  
in contumaces vindictam; nisi quan-  
tocius resipiscerent, irreparabili dam-  
no experturos, quàm sit horrendum,  
incidere in manus DEI Ulcipientis.

Surdis

Surdus fabulam cantabas.: at profecto  
 tragicam: nam perduellium antesigna-  
 nus, dum in crepusculo complices ad <sup>Pœna</sup>  
 audaciam concepti facinoris accensu- <sup>formi-</sup>  
 rus per omnes angulos discurret, subi- <sup>dabilis</sup>  
 to fronte in terribiles rugas contracta,  
 oculisque fœdè distortis, corruens, in-  
 felicem animam emisit. Quod ferale  
 spectaculum velut à te multas commi-  
 serationis, ita à fontibus pœnitentiæ  
 lacrymas expressit: peperit præterea in  
 filiorum animis reverentiam & amo-  
 rem, cum celebri sanctimonix fama,  
 quam posteris reliquisti. *Sacræ nobis &*  
*profanæ historiæ passim obtrudunt pavē-*  
*da superbiæ à Deo puniæ exempla. Compri-*  
*mat suo quoque aculeo superbiam meam*  
*Rex apum*

S. BERNARDUS, ser. I. de Adv.

*Quid superbis terra & cinis? Si su- Super-*  
*perbientibus Angelis Deus non peper- bia ca-*  
*cit, quanto magis tibi, putredo & ver- venda.*  
*mis? Nihil ille fecit, nihil oporatus est;*  
*tantum cogitavit superbiam, & in mo-*  
*mento, in ictu oculi insanabiliter præ-*  
*cipitatus est.*



Kk 2

6. Septemb.